


# EPISTULA LEONINA

## CCXXXIV

HEBDOMADALE  
PERIODICUM LATINĒ SCRIPTUM,  
QUOD ĒDITUR  
E DOMO EDITORIĀ INTERRETIALI  
CUI NOMEN EST  
**LEO LATINUS**



<http://www.leolatinus.de/>

N.B.! EPISTULAS LEONINAS ACCIPIS G R A T I S ET S I N E ULLĀ OBLIGATIONE. NAM LEO LATINUS PUTAT HOMINIBUS LATINAM LINGUAM DISCENTIBUS AUT DOCENTIBUS CORDI ESSE VERBA LATINA. SI TAMEN TALES EPISTULAS ACCIPERE NON VIS, RESCRIBE HOC NOBIS: TUM STATIM NOMEN TUUM EX INDICE ACCEPTORUM TOLLEMUS.

HŌC TEMPORE DUO FERĒ MILIA HOMINUM LATINĒ DOCTORUM ACCIPIUNT EPISTULAS LEONINAS ELECTRONICĒ MISSAS. EPISTULAS LEONINAS **I-CCXXXIII** INVENIES IN INTERRETI SUB HAC INSCRIPTIONE, QUAE SEQUITUR:

<http://ephemeris.alcuinus.net/leonina/>

MAXIMĒ ID CURAMUS, UT COPIAM VERBORUM LATINORUM CONVENIENTER AUGEAMUS ET TEXTŪS MODERNOS CUIUSVIS ARGUMENTI QUAM OPTIMĒ IN LATINUM SERMONEM CONVERTAMUS.

ROGATUR, UT MANUSCRIPTA MITTANTUR VIĀ ELECTRONICĀ. MENDA SIVE GRAMMATICA SIVE METRICA, QUOAD FIERI POTEST, TACITĒ TOLLUNTUR.

EN HABES EPISTULAM LEONINAM  
**DUCENTESIMAM TRICESIMAM QUARTAM (234) !**

## ARGUMENTA

PRAEFATIUNCULA.....	02-03
NON EST HIC SURREXIT ENIM SICUT DIXIT.....	04
CHRONOGRAMMATA PATRIS HERBERTI DOUTEIL.....	05-15
DE CHRISTI RESURRECTIONE.....	16-26
CARMEN PASCHALE.....	27
CHRONOGRAMMATA DEMMINGIANA.....	28
QUAEDAM MOMENTA SAECULI VICESIMI IN MEMORIAM REVOCATA (Teresi).....	29-33
ECHUS VOCES EPISTULAE.....	34-40
ECCE VIGIL PUBLICUS OFFICIOSUS.....	41
CORRIGENDA ET SUPPLENDA.....	42
ECCE LIBRI LEONIS LATINI.....	43-46

## PRAEFATIUNCULA

LEO LATINUS OMNIBUS HOMINIBUS LATINITATIS AMANTIBUS  
SAL.PL.DIC.


***Cara Lectrix, Care Lector,***

*gaudenter Te invito, ut denuo fruaris lectione Epistulae Leoninae. Cum hodie celebremus Festum Paschale, id est festum Christianorum omnium praestantissimum, eidem opusculo insunt multa Paschalia. Invenies ea omnia quae Lucas evangelista ille Graecus medicus refert de Iesu Christi resurrectione. Certê alii lectores sunt fidei Christianae deditissimi, alii aut ab eâdem remotiores aut prorsus aversi – tamen oportet nos studia humaniora amplexi ne umquam obliviscamur fundamentum morale cultûs civilis occidentalis praecipuum esse praeter philosophiam Graecorum fidem Christianam. In his rebis considerandis exemplo nobis sit Erasmus Roterodamus, cui persuasum erat ad mores hominum meliores faciendos aptissimam esse illarum rationum cogitandi et agendi synthesin felicissimam; hanc ideam magnus ille Batavus eo insigniter exprimit quod animo inflammato his verbis invocat Graecorum omnium sapientissimum: »Sancte Socrates, ora pro nobis!« Ergo etiam in hac Epistulâ Leoninâ habemus multa lectu dignissima: lege symbolas Leoninas: miraberis!*

**In Festum Paschale**  
**Tibi optima quaeque exoptat**  
**Teque medullitus salutat**



**Dr. Nicolaus Groß**  
**Sodalis Academiae Latinitati Fovendae**



<http://www.leolatinus.com/>

**LEO LATINUS**

**Senden ex oppidulo Bavariae Suebicae,**  
**Die Dominicâ PASCHALI, 04. m.Apr. a.2021**



**ΟΥΚ ΕΣΤΙΝ ΩΔΕ  
ΗΓΕΡΘΗ ΓΑΡ ΚΑΘΩΣ ΕΙΠΕΝ  
NON EST HIC  
SURREXIT ENIM SICUT DIXIT**

*Evangelium secundum Matthaeum 28,6*

# CHRONOGRAMMATA

## PATRIS HERBERTI DOUTEIL

Zum 04. April, dem **Osterfest**, schrieb ich folgende Chronogramme:



Meister von Hohenfurth (um 1350): Der Auferstandene im Agneskloster in Prag Foto: Hildegard Schuhmann.

2021\* agnVs fortIor pro totIs nobIs portas regnI fortIs MortVorVM fregIt! – Das stärkere Lamm hat für uns alle die Tore zum starken Reich der Toten erbrochen! - vgl. 1 Petr 3,19: „Im Geiste ging er auch hin zu den Geistern im Gefängnis und predigte ihnen ...“

2021\* aLLeLVIA est CantICVM gaVDII In CaeLIIs.– Alleluja ist der Gesang der Freude im Himmel.

2021\* aLLeLVIA! IesVs ChrIstVs FILIVs DeI nostrI In aeternItate Ipse fortIor resVrreXIIt eX VI fortIs MortIs! aLLeLVIA! - Alleluja! Jesus Christus, der Sohn unseres ewigen Gottes, ist als der Stärkere ist aus der Gewalt des starken Todes erstanden! Alleluja!

2021\* aLLeLVIA! IesVs ChrIstVs fILIVs fortIs DeI aeternI eX MortVIIs Vere resVrreXIIt! aLLeLVIA! - Alleluia! Jesus Christus, der starke Sohn des ewigen Gottes, ist wirklich von den Toten erstanden! Alleluja!

2021\* aVe regIna pIa CaeLI, Laetare, aLLeLVIA, qVIA tVVIs a te DIgne portatVs et natVs resVrreXIIt et VIVIt, sICVt In VerItate nobIs DIXIt, aLLeLVIA. roga pro totIs nobIs tVIs, aLLeLVIA, aLLeLVIA. – Sei begrüßt, du gütige Königin des Himmels, und freue dich, alleluja, denn dein Sohn, welcher von dir in Würde getragen und geboren wurde, ist auferstanden und lebt, wie er es in Wahrheit uns gesagt hat, alleluja. Bitte für uns alle, die wir dir gehören, alleluja, alleluja! – Unter fast wörtlicher Verwendung der Marianischen Laudes- und Vesperantiphon der Osterzeit.

2021\* CarI fratres nostrI pII, VIVaMVIs eX nVnC In sobrIetate et In IVstItIa IesV ChrIstI fILII DeI et fratrIs nostrI Vere resVrreCtI. – Unsere frommen Brüder, lasst uns von jetzt an in Nüchternheit und in der Gerechtigkeit Jesu Christi, des Sohnes Gottes und unseres Bruders, leben, der wirklich auferstanden ist. - (vgl. Tit 2,12)

2021\*, „eIa, est DoMIInVs“, DIXIt Ioannes fratrI Petro. – „Ja, es ist der Herr“, sagte Iohannes zu Bruder Petrus. Jo 21,7

2021\* hoDIE IesVs ChrIstVs reX noster fortIs resVrreXIIt eX InferIs, Vt nos totI pIe et Vere et rIte renoVatI VIVaMVIs In VIta noVItatIs LVCIIs et IVstItIae! aLLeLVIA - Heute ist unser starker König Jesus Christus von den Toten auferstanden, damit wir alle fromm, richtig und als wirklich Erneuerte in einem neuen Leben der Heimat des Lichtes und der Gerechtigkeit leben. Alleluja! -  
*Variante:*

2021\* hoDIE IesVs ChrIstVs nazarenVs resVrreXIIt eX InferIs Vt nos totI VerItate et rIte renoVatI IVstI VIVaMVIs In noVItate VItae LVCIIs et IVstItIae. aLLeLVIA! - Heute ist Jesus Christus von Nazareth von den Toten auferstanden, damit wir alle als durch Wahrheit Erneuerte als Gerechte richtig in der Neuheit des Lebens des Lichtes und der Gerechtigkeit leben. Alleluja!

2021\* IesVs aIt: o Mors, ego fortIor ero tVa Mors et rVIna trIstIs! - Jesus sagt: O Tod, ich als der Stärkere werde dein Tod und dein armseliger Untergang sein!

2021\* IesVs ChrIstVs eX pIa VIrGIne natVs Ipse pro nobIs totIs fortIs resVrreXIIt VIVVs tertIo DIE eX sepVLCro sICVt apostoLI sVI etIaM sensIbVs proprIIIs repentIne probaVerVnt. - Jesus Christus, der aus der gütigen Jungfrau geboren wurde, erstand für uns alle wirklich voll Macht lebendig am dritten Tage aus dem Grab, wie es seine Apostel unvermutet mit ihren eigenen Sinnen geprüft haben - (nach Augustinus) zu Ostern



Der Ungläubige Thomas, rechter Teil eines Elfenbeindiptychons, Ottonisch, Ende 10. Jh., Original der Staatlichen Museen Berlin, Kopie in der Kapelle der Spiritaner, Cruzeiro do Sul

2021\* **IhesVs est nobIs totIs In terra DomInVs et DeVs fortIs.** – Jesus ist immer auf der Erde unser aller starker Herr und Gott. - vgl. Jo 20,28 – Thomas: „Mein Herr und mein Gott!“


2021\* **IesVs Ipse peregrInans apparVIIt eIs In eMMaVs.** - Jesus selbst ist ihnen als Wanderer in Emmaus erschienen.

2021\* PaVLVs sCrIpsIt CorInthII: sI ChrIstVs non resVrreXIIt, InanIs est praeDICatIo nostra, InanIs erIt fIDes Vestra. nVnC Vero ChrIstVs resVrreXIIt eX InfernIs et VIVIt IbI In aLtIs CaeLIIs et nobIs VentVrVs erIt et regnatVrVs sIne fIne sVper VIVos VnIVersI orbIs nostrI. – Paulus hat an die Korinther geschrieben: Wenn Christus nicht auferstanden ist, dann ist töricht unsere Predigt, töricht wird auch euer Glaube sein. Nun ist aber Christus von den Toten auferstanden und lebt dort im hohen Himmel und wird für uns wiederkommen und ohne Ende über die Lebenden unseres gesamten Erdkreises herrschen. - 1 Kor 15, 14.20

2021\* sItIs sIne tIMore!! sVM ego, IesVs frater VobIs! – Habt keine Angst, ich bin es, Jesus, euer Bruder! – Gn 45,4; Mt 28,9; Luk 24,39


2021\* Vt non eVaCVetVr In nobIs totIs CrVX IesV nostrI, LignVM VIRTvtIs atqVe ContraDICTIonIs. – Dass doch in uns allen nicht das Kreuz unseres Jesu, das Holz der Kraft und des Widerspruches ausgehöhlt werde! – vgl. 1Cor 1,17 (auch im Original der Vulgata das „Vt non“ statt des eigentlich zu erwartenden „ne“)

Zum 02. – 04. April, zu **Karfreitag, Karsamstag und Ostermorgen:**





Zu den drei Bildern mit dem Antlitz Christi – das linke zeigt durch die Übereinanderblendung der Bilder von Turin und Manoppello auf das Blutuch von Oviedo das Haupt voll Blut und Wunden Christi am Karfreitag – das mittlere Foto zeigt das Negativ des Sudariums von Turin – das rechte Foto zeigt das Antlitz des Auferstandenen am Ostermorgen auf dem Schleier von Manoppello:



Zum 03. April, der **Ostervigil**, schrieb ich:

2021\* aVe, Vera faCIes DoMinI nostrI IesV ChrIstI, qVI resurreXIIt eX InferIs, sIs totIs nobIs pIa et benIgna hIC In terrIs et In saeCVLIIs. - Sei begrüßt, wahres Antlitz unseres Herrn Jesus Christus, der rüstig von den Toten erstand, leuchte uns allen gütig und gnädig jetzt auf Erden und in Ewigkeit! – *Variante:* 2021\* aVe, Vera faCIes DoMinI nostrI IesV ChrIstI qVI resurreXIIt fortIs eX InferIs, sIs nobIs benIgna hIC atqVe per saeCVLa - Sei begrüßt, wahres Antlitz unseres Herrn Jesus Christus, der voll Macht von den Toten auferstanden ist! Sei uns gnädig hier und in Ewigkeit!



2021\* **LVMen ChrIstI – Deo gratIas! – aLLeLVia, fortIter aLteras: aLLeLVia!**  
 – Das Licht Christi – Dank sei Gott! – Halleluja, nochmals laut: Halleluja! –  
*Zwei der Höhepunkte der Osternacht sind der Einzug mit der brennenden Osterkerze in die noch dunkle Kirche und das feierlich wiederholte erste Halleluja.*



Zum 02. April, zum **Karfreitag**:

2021\* **IesVs ChrIstVs CrVCI affIXVs aIt nobIs totIs** per os prophetae: **In pIa CarItate VerItatIs DILeXI** te, propterea attraXI te **MIserans**. - Jesus Christus sagt uns allen bei seiner Kreuzigung durch den Mund des Propheten: „Mit gütiger, wahrer Liebe habe ich dich geliebt und deshalb voll Erbarmen an mich gezogen“. Jer 31,3; vgl. Joh 12, 32

2021\* **IesVs fVI**t pro nobIs **In passIone VerMI**s, non hoMo. – Jesus war für uns in der Passion ein Wurm und kein Mensch. - Ps. 21,7

2021\* /2021\* **MYsterIVM InIqVI**tatIs fortIs serpentIs **InferI– erIt** nobIs **MYsterIVM** bonItatIs fortIs atqVe pIetatIs patrIs – Das starke Geheimnis der Bosheit der höllischen Schlange – wird für uns alle das Geheimnis der starken Güte und Milde des Vaters sein.

2021\* saLVE, **IesV ChrIste**, es **VerVs reX IVDaeorVM** et orbIs **CrVCI affIXVs, VoCo** te. - Sei begrüßt, Jesus Christus, du bist der wahre König der Juden und des Weltalls ans Kreuz geschlagen, ich rufe dich an!

2021\* **tItVLVs testIs sVper CapVt ChrIstI regIs CrVCI affIXI: Iste IesVs reX IVDaeorVM.** – Die Zeugnisinschrift über dem Haupt Christi, des Königs, der ans Kreuz geheftet war, lautete: Das ist Jesus, der König der Juden. – Mt 27,37; Mk 15,26; Lk 23,34; Joh 19,21 (Joh 19,19 mit Nazarenus!)

2021\* **passIo atroX atqVe pVra IesV ChrIstI In CrVCE eXVtI Vere et rIte suffICIt pro oMnIbVs nobIs neC Vero effICIt tofos saLVos CaVsa LiberI arbItrII VnIVsCVIVsqVe nostrI.** - Das blutige, aber zugleich unbefleckte Leiden des am Kreuz entblößten Jesus Christus ist wirklich und gesetzmäßig genügend für uns alle, macht aber nicht alle wirksam selig wegen des freien Willens eines jeden von uns. - Es ist ein Chronogramm zur offiziell am 01. 12.2013 im Kanon der Messe verpflichtend wieder eingeführten Übersetzung des übereinstimmend von Matthäus (Mt 26,28) und Markus (Mk 14,24) überlieferten „pro multis“ = „für viele“ statt des zwischenzeitlich gebräuchlichen „für alle“; das Chronogramm gibt die in der mittelalterlichen Theologie übliche Unterscheidung von „genügend für alle“, aber der wegen des freien Willensentscheides eines jeden Menschen „Wirkmächtigkeit nur für viele“ wieder.

2021\* **pILatVs Interrogat: qVID est VerItas? CentVrIo eI responDet: Vere DeI filIVs erat Iste a nobIs In LIgno CrVCIIs affIXVs et rIte perforatVs.** - Pilatus fragt: „Was ist Wahrheit? (Jo 18,38)“ – Der Hauptmann antwortet ihm: „In Wahrheit, dieser war ein Sohn Gottes (Mt 29,54), der von uns ans Holz des Kreuzes geschlagen und vorschriftsgemäß durchbohrt wurde!“

2021\* **pretIo Magno sangVINIs agnI et fratrIs et regIs nostrI IesV rIte eMptI estIs.** – Ihr seid um einen hohen Blutpreis des <Opfer>Lammes und unseres Bruders und Königs Jesu zum Heil erlöst! – 1 Kor 6,20


2021\* **VIrgo MarIa est Mater IesV et erIt nobIs totIs sIne fIne In pIetate fortI.** – Die Jungfrau Maria ist die Mutter Jesu und wird in Ewigkeit auch für uns alle <eine Mutter> in dauerhafter Güte sein. – vgl. Joh 19,27

### Zu Judas Iskariot, der ihn verraten hat:

2021\* **I**VDas **I**sCarIotes **D**IaboLo **I**nstIgante **I**pse **I**bi **I**n horto os**C**VLo **I**gnaVo  
 atq**V**e per**V**erso tra**D**itor **I**es**V** nostr**I** fa**C**t**V**s est atq**V**e **L**aq**V**eo s**V**spens**V**s ob**I**t.  
 –Judas Iskariot, der auf Anstiftung des Teufels (Jo 13,2) dort im Garten durch  
 einen feigen und verabscheuungswürdigen Kuss zum Verräter unseres Jesu  
 wurde und sich mit einem Strick erhängt hat und zugrunde gegangen ist. - vgl.  
 Mt 27,5 -



Und das Chronogramm für denselben Tag zu allen Leiden aller Verfolgten aller Zeiten:



Meister Francke, Christus als Schmerzensmann (um 1435), Hamburger Kunsthalle, Foto: Hildegard Schuhmann

2021\* haeC passIo egregII hoMINIs fratrIs nostrI fILII Dei CreatI fIt et passIo ChrIstI fILII InCreatI. - Dieses Leiden unseres ausererlesenen Menschenbruders, des erschaffenen Sohnes Gottes, wird auch zum Leiden Christi, des ungeschaffenen Sohnes (vgl. Mt 25,40.45).

Zum 02. April, dem **16. Jahrestag des Todes von Papst Johannes Paul II.:**



CaroLVs VVoItYLa arChIepIsCopVs CraCoVIAe et CardInALIs, eLeCtVs Ioannes paVLVs II papa et VICarIVs IesV ChrIstI et nVnC VIVens patronVs VerVs noster CaeLestIs, ante XVI annos obIt. - Karol Wojtyla, Erzbischof von Krakau und Kardinal, als Johannes Paul II. zum Papst und zum Stellvertreter Jesu Christi gewählt und jetzt lebendig als unser wahrhaftiger himmlischer Fürsprecher, ist vor 16 Jahren gestorben. - Johannes Paul II.: 18.5.1920 \* Wadowice- Krakau (Polen) - 01.1.1946 Priesterweihe - 04.07.1958 Titularbischof von Ombi - 28.09.1958 Bischofsweihe - 13.01.1964 Erzbischof von Krakau - 26. 06. 1967 Kardinalernennung - 16.10.1978 Papstwahl - 22.10.1978 Beginn seiner Amtszeit -13.05.1981 Attentat auf dem Petersplatz - 02.04.2005 – 21:37 + im Vatikan – 01.05.2011 seliggesprochen durch Benedikt XVI - 27.4.2014 heiliggesprochen durch Franziskus – Fest: 22.10 -

## **HAEC CHRONOGRAMMATA PASCHALIA**

**PIA CUM SOLLERTIA CONFECIT  
PATER HERBERTUS DOUTEIL  
BRASILIENSIS**

# DE CHRISTI RESURRECTIONE

## ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΛΟΥΚΑΝ

### EVANGELIUM SECUNDUM LUCAM

#### 23,50-24,53

23

50 Καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ὀνόματι Ἰωσήφ βουλευτῆς ὑπάρχων  
[καὶ] ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ δίκαιος

Et ecce vir nomine Joseph, qui erat decurio, vir bonus et iustus:

51 – οὗτος οὐκ ἦν συγκατατεθειμένος τῇ βουλῇ καὶ τῇ πράξει αὐτῶν – ἀπὸ Ἀριμαθαίας πόλεως τῶν Ἰουδαίων, ὃς προσεδέχετο τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ,

Hic non consenserat consilio, et actibus eorum: ab Arimathaea civitate Judaeae, qui exspectabat et ipse regnum Dei:

52 οὗτος προσελθὼν τῷ Πιλάτῳ ἠτήσατο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ

Hic accessit ad Pilatum et petiit corpus Jesu:

53 καὶ καθελὼν ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι καὶ ἔθηκεν αὐτὸν ἐν μνήματι λαξευτῷ οὗ οὐκ ἦν οὐδεὶς οὕπω κείμενος.

et depositum involvit sindone, et posuit eum in monumento exciso, in quo nondum quisquam positus fuerat.

54 καὶ ἡμέρα ἦν παρασκευῆς καὶ σάββατον ἐπέφωσκεν.

Et dies erat parasceves, et sabbatum illucescebat.



55 Κατακολουθήσασαι δὲ αἱ γυναῖκες, αἵτινες ἦσαν συνεληλυθυῖαι ἐκ τῆς Γαλιλαίας αὐτῶ, ἐθεάσαντο τὸ μνημεῖον καὶ ὡς ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ,

Subsecutae autem mulieres, quae cum eo venerant de Galilaea, viderunt monumentum, et quemadmodum positum erat corpus eius.

56 ὑποστρέψασαι δὲ ἠτοίμασαν ἀρώματα καὶ μύρα. καὶ τὸ μὲν σάββατον ἡσύχασαν κατὰ τὴν ἐντολήν.

Et revertentes paraverunt aromata, et unguenta: et sabbato quidem siluerunt secundum mandatum.

## 24

1 Τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων ὄρθρου βαθέως ἐπὶ τὸ μνήμα ἦλθον φέρουσαι ἃ ἠτοίμασαν ἀρώματα.

Una autem sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum, portantes quae paraverant aromata:

2 εὔρον δὲ τὸν λίθον ἀποκεκυλισμένον ἀπὸ τοῦ μνημείου, et invenerunt lapidem revolutum a monumento.

3 εἰσελθοῦσαι δὲ οὐχ εὔρον τὸ σῶμα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ.

Et ingressae non invenerunt corpus Domini Iesu.

4 καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἀπορειῖσθαι αὐτὰς περὶ τούτου καὶ ἰδοὺ ἄνδρες δύο ἐπέστησαν αὐταῖς ἐν ἐσθῆτι ἀστραπούση.

Et factum est, dum mente consternatae essent de isto, ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti.

5 ἐμφόβων δὲ γενομένων αὐτῶν καὶ κλινουσῶν τὰ πρόσωπα εἰς τὴν γῆν εἶπαν πρὸς αὐτάς· τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν·

Cum timerent autem, et declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas: Quid quaeritis viventem cum mortuis?

6 οὐκ ἔστιν ὧδε, ἀλλὰ ἠγέρθη. μνήσθητε ὡς ἐλάλησεν ὑμῖν ἔτι ὢν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ

Non est hic, sed surrexit: recordamini qualiter locutus est vobis, cum adhuc in Galilaea esset,

7 λέγων τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ὅτι δεῖ παραδοθῆναι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων ἀμαρτωλῶν καὶ σταυρωθῆναι καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι.

dicens: Quia oportet Filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, et crucifigi, et die tertia resurgere.

8 καὶ ἐμνήσθησαν τῶν ῥημάτων αὐτοῦ.

Et recordatae sunt verborum ejus.

9 Καὶ ὑποστρέψασαι ἀπὸ τοῦ μνημείου ἀπήγγειλαν ταῦτα πάντα τοῖς ἑνδεκα καὶ πᾶσιν τοῖς λοιποῖς.

Et regressae a monumento nuntiaverunt haec omnia illis undecim, et ceteris omnibus.

10 ἦσαν δὲ ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία καὶ Ἰωάννα καὶ Μαρία ἡ Ἰακώβου καὶ αἱ λοιπαὶ σὺν αὐταῖς. ἔλεγον πρὸς τοὺς ἀποστόλους ταῦτα,

Erat autem Maria Magdalene, et Ioanna, et Maria Iacobi, et ceterae quae cum eis erant, quae dicebant ad apostolos haec.

11 καὶ ἐφάνησαν ἐνώπιον αὐτῶν ὡσεὶ λῆρος τὰ ῥήματα ταῦτα, καὶ ἠπίσταν αὐταῖς.

Et visa sunt ante illos sicut deliramentum verba ista, et non crediderunt illis.

12 Ὁ δὲ Πέτρος ἀναστὰς ἔδραμεν ἐπὶ τὸ μνημεῖον καὶ παρακύψας βλέπει τὰ ὀθόνια μόνα, καὶ ἀπῆλθεν πρὸς ἑαυτὸν θαυμάζων τὸ γεγονός.

Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum: et procumbens vidit linteamina sola posita, et abiit secum mirans quod factum fuerat.

13 Καὶ ἰδοὺ δύο ἐξ αὐτῶν ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ἦσαν πορευόμενοι εἰς κώμην ἀπέχουσαν σταδίους ἑξήκοντα ἀπὸ Ἱερουσαλήμ, ἣ ὄνομα Ἐμμαοῦς,

Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Ierusalem, nomine Emmaus.

14 καὶ αὐτοὶ ὠμίλουν πρὸς ἀλλήλους περὶ πάντων τῶν συμβεβηκότων τούτων.

Et ipsi loquebantur ad invicem de his omnibus quae acciderant.

15 καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ὀμιλεῖν αὐτοὺς καὶ συζητεῖν καὶ αὐτὸς Ἰησοῦς ἐγγίσας συνεπορεύετο αὐτοῖς,

Et factum est, dum fabularentur, et secum quaererent: et ipse Iesus appropinquans ibat cum illis:

16 οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐκρατοῦντο τοῦ μὴ ἐπιγνῶναι αὐτόν.

oculi autem illorum tenebantur ne eum agnoscerent.

17 εἶπεν δὲ πρὸς αὐτούς· τίνες οἱ λόγοι οὗτοι οὕς ἀντιβάλλετε πρὸς ἀλλήλους περιπατοῦντες; καὶ ἐστάθησαν σκυθρωποί.

Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones, quos confertis ad invicem ambulantes, et estis tristes?

18 ἀποκριθεὶς δὲ εἰς ὄνόματι Κλεοπάς εἶπεν πρὸς αὐτόν· σὺ μόνος παροικεῖς Ἱερουσαλήμ καὶ οὐκ ἔγνωσ τὰ γενόμενα ἐν αὐτῇ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις;

Et respondens unus, cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Ierusalem, et non cognovisti quae facta sunt in illa his diebus?

19 καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ποῖα; οἱ δὲ εἶπαν αὐτῷ· τὰ περὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναζαρηνοῦ, ὃς ἐγένετο ἀνὴρ προφήτης δυνατὸς ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ ἐναντίον τοῦ θεοῦ καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ,

Quibus ille dixit: Quae? Et dixerunt: De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere et sermone coram Deo et omni populo:

20 ὅπως τε παρέδωκαν αὐτόν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ ἄρχοντες ἡμῶν εἰς κρίμα θανάτου καὶ ἐσταύρωσαν αὐτόν.

et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes et principes nostri in damnationem mortis, et crucifixerunt eum:

21 ἡμεῖς δὲ ἠλπίζομεν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραήλ· ἀλλὰ γε καὶ σὺν πᾶσιν τούτοις τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει ἀφ' οὗ ταῦτα ἐγένετο.

nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel: et nunc super haec omnia, tertia dies est hodie quod haec facta sunt.

22 ἀλλὰ καὶ γυναῖκές τινες ἐξ ἡμῶν ἐξέστησαν ἡμᾶς, γενόμεναι ὀρθρῖναι ἐπὶ τὸ μνημεῖον,

Sed et mulieres quaedam ex nostris terruerunt nos, quae ante lucem fuerunt ad monumentum,

23 καὶ μὴ εὐρουῖσαι τὸ σῶμα αὐτοῦ ἦλθον λέγουσαι καὶ ὀπτασίαν ἀγγέλων ἑώρακένας, οἱ λέγουσιν αὐτὸν ζῆν.

et non invento corpore eius, venerunt, dicentes se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum vivere.

24 καὶ ἀπῆλθόν τινες τῶν σὺν ἡμῖν ἐπὶ τὸ μνημεῖον καὶ εὗρον οὕτως καθὼς καὶ αἱ γυναῖκες εἶπον, αὐτὸν δὲ οὐκ εἶδον.

Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum: et ita invenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum vero non invenerunt.

25 καὶ αὐτὸς εἶπεν πρὸς αὐτούς· ὦ ἀνόητοι καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ τοῦ πιστεύειν ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐλάλησαν οἱ προφῆται·

Et ipse dixit ad eos: O stulti, et tardi corde ad credendum in omnibus quae locuti sunt prophetae!

26 οὐχὶ ταῦτα ἔδει παθεῖν τὸν χριστὸν καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ;

Nonne haec oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam?

27 καὶ ἀρξάμενος ἀπὸ Μωϋσέως καὶ ἀπὸ πάντων τῶν προφητῶν διερμήνευσεν αὐτοῖς ἐν πάσαις ταῖς γραφαῖς τὰ περὶ ἑαυτοῦ.

Et incipiens a Moyse, et omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis quae de ipso erant.

28 Καὶ ἤγγισαν εἰς τὴν κώμην οὗ ἐπορεύοντο, καὶ αὐτὸς προσεποιήσατο πορρώτερον πορεύεσθαι.

Et appropinquaverunt castello quo ibant: et ipse se finxit longius ire.

29 καὶ παρεβιάσαντο αὐτὸν λέγοντες· μείνον μεθ' ἡμῶν, ὅτι πρὸς ἑσπέραν ἐστὶν καὶ κέκλικεν ἤδη ἡ ἡμέρα. καὶ εἰσῆλθεν τοῦ μείναι σὺν αὐτοῖς.

Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobiscum, quoniam advesperascit, et inclinata est iam dies. Et intravit cum illis.

30 καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κατακλιθῆναι αὐτὸν μετ' αὐτῶν λαβὼν τὸν ἄρτον εὐλόγησεν καὶ κλάσας ἐπεδίδου αὐτοῖς,

Et factum est, dum recumberet cum eis, accepit panem, et benedixit, ac fregit, et porrigebat illis.

31 αὐτῶν δὲ διηνοιχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ καὶ ἐπέγνωσαν αὐτόν· καὶ αὐτὸς ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν.

Et aperti sunt oculi eorum, et cognoverunt eum: et ipse evanuit ex oculis eorum.

32 καὶ εἶπαν πρὸς ἀλλήλους· οὐχὶ ἡ καρδία ἡμῶν καιομένη ἦν [ἐν ἡμῖν] ὡς ἐλάλει ἡμῖν ἐν τῇ ὁδῷ, ὡς διήνοιγεν ἡμῖν τὰς γραφάς;

Et dixerunt ad invicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via, et aperiret nobis Scripturas?

33 Καὶ ἀναστάντες αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλὴμ καὶ εὗρον ἠθροισμένους τοὺς ἕνδεκα καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς,

Et surgentes eadem hora regressi sunt in Jerusalem: et invenerunt congregatos undecim, et eos qui cum illis erant,

34 λέγοντας ὅτι ὄντως ἠγέρθη ὁ κύριος καὶ ὤφθη Σίμωνι.

dicentes: Quod surrexit Dominus vere, et apparuit Simoni.

35 καὶ αὐτοὶ ἐξηγοῦντο τὰ ἐν τῇ ὁδῷ καὶ ὡς ἐγνώσθη αὐτοῖς ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου.

Et ipsi narrabant quae gesta erant in via, et quomodo cognoverunt eum in fractione panis.

36 Ταῦτα δὲ αὐτῶν λαλούντων αὐτὸς ἔστη ἐν μέσῳ αὐτῶν καὶ λέγει αὐτοῖς· εἰρήνη ὑμῖν.

Dum autem haec loquuntur, stetit Iesus in medio eorum, et dicit eis: Pax vobis: ego sum, nolite timere.

37 πτοηθέντες δὲ καὶ ἔμφοβοι γενόμενοι ἐδόκουν πνεῦμα θεωρεῖν.

Conturbati vero et conterriti, existimabant se spiritum videre.

38 καὶ εἶπεν αὐτοῖς· τί τεταραγμένοι ἐστέ καὶ διὰ τί διαλογισμοὶ ἀναβαίνουσιν ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν;

Et dixit eis: Quid turbati estis, et cogitationes ascendunt in corda vestra?

39 ἴδετε τὰς χεῖράς μου καὶ τοὺς πόδας μου ὅτι ἐγὼ εἰμι αὐτός· ψηλαφήσατέ με καὶ ἴδετε, ὅτι πνεῦμα σὰρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα.

videte manus meas, et pedes, quia ego ipse sum; palpate et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere.

40 καὶ τοῦτο εἰπὼν ἔδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας.

Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus et pedes.

41 ἔτι δὲ ἀπιστούντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς χαρᾶς καὶ θαυμαζόντων εἶπεν αὐτοῖς· ἔχετε τι βρώσιμον ἐνθάδε;

Adhuc autem illis non credentibus, et mirantibus prae gaudio, dixit: Habetis hic aliquid quod manducetur?

42 οἱ δὲ ἐπέδωκαν αὐτῷ ἰχθύος ὀπτοῦ μέρος·

At illi obtulerunt ei partem piscis assi et favum mellis.

43 καὶ λαβὼν ἐνώπιον αὐτῶν ἔφαγεν.

Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis.

44 Εἶπεν δὲ πρὸς αὐτούς· οὗτοι οἱ λόγοι μου οὓς ἐλάλησα πρὸς ὑμᾶς ἔτι ὢν σὺν ὑμῖν, ὅτι δεῖ πληρωθῆναι πάντα τὰ γεγραμμένα ἐν τῷ νόμῳ Μωϋσέως καὶ τοῖς προφήταις καὶ ψαλμοῖς περὶ ἐμοῦ.

Et dixit ad eos: Haec sunt verba quae locutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia quae scripta sunt in lege Moysi, et prophetis, et Psalmis de me.

45 τότε διήνοιξεν αὐτῶν τὸν νοῦν τοῦ συνιέναι τὰς γραφάς·

Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent Scripturas,



46 καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὅτι οὕτως γέγραπται παθεῖν τὸν χριστὸν καὶ ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ,

et dixit eis: Quoniam sic scriptum est, et sic oportebat Christum pati, et resurgere a mortuis tertia die:

47 καὶ κηρυχθῆναι ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ μετάνοιαν εἰς ἄφεςιν ἁμαρτιῶν εἰς πάντα τὰ ἔθνη. ἀρξάμενοι ἀπὸ Ἱερουσαλήμ

et praedicari in nomine eius poenitentiam, et remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Ierosolyma.

48 ὑμεῖς μάρτυρες τούτων.

Vos autem testes estis horum.

49 καὶ [ἰδοὺ] ἐγὼ ἀποστέλλω τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατρὸς μου ἐφ' ὑμᾶς· ὑμεῖς δὲ καθίσατε ἐν τῇ πόλει ἕως οὗ ἐνδύσησθε ἐξ ὕψους δύναμιν.

Et ego mitto promissum Patris mei in vos; vos autem sedete in civitate, quoadusque induamini virtute ex alto.

50 Ἐξήγαγεν δὲ αὐτοὺς [ἔξω] ἕως πρὸς Βηθανίαν, καὶ ἐπάρας τὰς χεῖρας αὐτοῦ εὐλόγησεν αὐτούς.

Eduxit autem eos foras in Bethaniam, et elevatis manibus suis benedixit eis.

51 καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εὐλογεῖν αὐτὸν αὐτοὺς διέστη ἀπ' αὐτῶν καὶ ἀνεφέρετο εἰς τὸν οὐρανόν.

Et factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis, et ferebatur in caelum.

52 Καὶ αὐτοὶ προσκυνήσαντες αὐτὸν ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλὴμ μετὰ χαρᾶς μεγάλης

Et ipsi adorantes regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno:

53 καὶ ἦσαν διὰ παντὸς ἐν τῷ ἱερῷ εὐλογοῦντες τὸν θεόν.

et erant semper in templo, laudantes et benedicentes Deum.  
**AMEN.**

**HAEC HACTENUS  
LUCAS EVANGELISTA  
REFERT  
DE RESURRECTIONE  
IESU CHRISTI**

## POEMA PASCHALE

*Resurrexit!*

*Iam signum apparet martyrii*

*albo in Eius vestimento, et leves sunt Eius*

*gradus dum per humidam herbam incedit*

*et terram vix talaribus tangit argenteis.*

*Discipulos et proximos alloquitur*

*voce suavissima et angelica*

*Pacem proferens, et ex imo corde Amorem,*

*necnon verborum vi ea augens et vitae exemplaribus.*

*Numquam circum se desinit omnia perspicere*

*oculis Patris mansuetis.*

*Ad montium viridium tamen cacumina iam florentia*

*nubibus amplexa candidis*

*oculos, miserrimi, ignaros vertunt inscientes.*

*Sed illic rediturus est ad Vitam*

*Qui se daturus est morti delendae,*

*omnibus parcens.*

**Pepigit Iohannes Teresi**

# CHRONOGRAMMATA DEMMINGIANA

FELICIA FESTA PASCHALIA MEDVLLITVS  
VOBIS OPTAT IOANNES ACTOR

Aktuell nicht nur für Journalisten, Zeugen und Bischöfe

RES MAXVMA EST VERITAS

*hdf*

Aus aktuellem Anlass

QVAE COGNOSCIMVS SVNT VELVT PARVVLAVTTA

QVAE NON VELVT PROFVNDVS OCEANVS

Was wir erkennen, ist wie ein winziges Tröpfchen, was nicht, wie der tiefe Ozean.

*hdf*

Gruß vom Ollen aus Pluggendorf!

## **QUAEDAM MOMENTA SAECULI VICESIMI IN MEMORIAM REVOCATA**

Instrumentum musicum cauda et malleis sonoris constructum edebat dulcissimos modos musicae celeberrimi compositoris, cuius nomen est Puccini.

Quos modos efficiebant levissimi digiti opificis in scaena sedentis.

Ignotus musicae artifex erat; aptus ad optimum veterem dedit postea cantum proferendum, notum illo temporis fragmento. Interea, in via, plerique vitam consuetam agebant, inter omnia videbatur manus senilis blandiri manui iuvenili.

Avulus nepoti narrabat res praeteritas, ad eventa bella recentissima spectantes, et hoc senex faciebat multis imaginibus dolentissimis.

Avulus capax verborum narrare sciebat, sicut musicus, cum vellet ponere mentem suam super ordinem malleolorum historiae. Vivax tamen ei erat mens, et bene configurabatur in veteri imagine photographica indutus vestitu militari et cruce ornatus honoris tribus coloribus picta et fixa in pectore, signum praestantiae eius amorisque Italiae, Patriae nostrae.

Eo tempore mihi puero accidebat ut comedere nollem, tum avulus ilico veniebat ad nepotem hortator (nepos plerumque bene simulabat se aegrotare).

Quam amabilis et blandus erat modus ei narrandi, cum se dabat narrationi praeditae imaginibus veris et mixtis cantibus temporis sui.

Avulus motuum animi causa erubescens patefaciebat se revera belli participem fuisse proque libertate maximum dolorem passum esse.

Et dum rursus repetit eventa bellicosa, minime se abstinebat quominus omnia mihi bona precaretur, et ita dicebat quia confitebatur edisse putamina olerum, tum, confusus, cibum absorbebam audiens eum canentem: "*Murmurabat flumen placidum et quietum dum transeunt pedites die XXIV Maio ...*". Nomen fluminis erat Plavis.

Postea capsula sonante et loquente capta, quae erat instructa oculo viridi ostentante initium vel cessationem motus vitae machinae, postquam statuit iuxta directionem vocis venientis ex capsula, admovebat aures ad eam ut audiret nuntia rei publicae et societatis. Avulus, cum gauderet me esse una secum rerum auditarum participem et persuasus tandem me cibos comedere, aspiciebat horologium parvulum, quod in sinu collocabat, et hac re acta surgebat et blandula tabaci fragrantia me permulcebat.

Haec fiebant quinquagenariis annis saeculi vicesimi ineuntibus et perpaucae tabernae merces offerebant quia complures artifices operari desinebant sponte sua secundum artem propriam cuiusque collegii definiti. Si quis fortuna intrabat tabernam ciborum, odores suillarum pernarum siccatarum ilico eum amplectebantur. Avulus meus, cui nomen fuit Antonius, vestificus erat et pro hominibus vestes faciebat. Etiam tabernae textilium (lintei, serici, laneae) erant propriae illius aetatis: maxima volumina panni involuta vel explicata perlucebant variis coloribus et iacebant ad clientes alliciendos.

Ex regionibus superioribus Italiae plerumque veniebant merces textiles. In officina sua avulus meus tenebat non modo instrumenta (tabulam, machinam qua utebatur ad vestes faciendas, ferrum levigatorium), sed etiam exemplaria varia quae explorabat ad vestimenta suenda, et quibus superponebat metrum manibus defatigatis et umeris incurvatis ad aliquam mensuram applicandam pro confectione cogitata.

In officina avuli sentiebam odorem definitum panni et textilis, cuius materia colorata ex origine marina extrahebatur.

Illo tempore pater meus autobirota ascensa advenit domum nostram (quae illo tempore erat in via, cuius nomen adhuc est Itria), ut inquireret, num minister tabernae ibi emisset rem novam et mirabilem, quam ad domicilium nostrum attulerat. Capsulam maximam secum afferens pervenit ad nos et ante eam omnes, mater et nos, mansimus stupore capti.

Pater, cui nomen Franciscus, habuerat in animo nos stupore maximo afficere: nam ierat mane in tabernam suppellectilis novissimae et ibi invenit quod difficillimum dictu verbis Latinis, quasi maximam

capsam non solum loquentem sed magis ostentantem et praebentem imagines se moventes et figuras se moventes, quasi revera exstarent. Haec capsula ex celeberrima officina cui nomen erat *Atlantic* allata praedita erat longissimo filo et longa pertica metallica, quibus imagines longinquaе captabantur. Haud scio nunc motus animi familiae describere, quos eadem sensit illis momentis temporis!

Munere cottidiano expleto pater festinavit domum birota et cum adveniret quibus maximis plausibus acceptus est!

Statim cepit capsam et secutus est indicia quibus explicatum est, quomodo illa adhiberetur.

Quo stupore, qua admiratione nos constitimus ante quadrum sonorum et visificum, et, puer cum essem, minime intellegebam, unde venirent hae imagines mobiles. Allectus autem re mirabili, ivi post quadrum et vidi multiplicia fila texta in retibus et varias ampullas lucentes ut lumina parvula. Pater mihi dixit esse valvulas, quasi centra pulsionis vitae machinae.

Vespere, cum parentes munus cottidianum explevissent, considebamus cum vicinis, qui etiam ea re allecti erant, spectaculo mirabili perfruentes. Dicendum mihi est paupertatis generalis causa non omnibus erat machina mirabilis, ideoque illi veniebant ad nos et vespere considebamus in vestibulo. Memini vicinos facie stupefacta admiratos esse scaenas vel certamina gymnica pilae ludique vel ex omnibus rebus certamen cantorum Italicorum iam factum illo momento celeberrimum.

Hac dimidia parte saeculi vicesimi oportet dicere Italos magis magisque impelli ad emenda instrumenta pretiosiora. Et cum omnis Italiae terra lentissimo pede egrediretur ex calamitate bellica recenti, unum ex aliis signis ascensus oeconomici fuit ostentatio autovehiculi cui nomen erat FIAT DC; quod demonstravit Italiam progressuram esse ad certum beneficium oeconomicum.

Iam triginta annos natus erat pater meus, et eo momento, non antea, belli et pecuniae angustiarum causa, potuerat rescriptum habere quo efficeret ut autocinetum emeret. Ita elegit colorem album et fuit FIAT DC, et tantopere dilexit eam, ut numquam desineret pulverem

abstergere panno molli, dammae proprio et eodem modo bestiolarum maculas.

Cum Saturni diem multa negotia statuissent diem festivum esse, pater, qui munere ratiocinatoris apud cellam vinariam quandam fungebatur, illo die vacuus erat a laboribus, et nos postquam paravimus prandium quod consumi posset extra domum, abivimus rus vel ad campum. Dicendum est delectationem rusticam faciliorem reddi novissimis inventis hominum et opificiis manuum eorum. Omnia quae extrahebantur ex petroleo vel materia arborea ad multiplicem usum apparabantur, adeo ut folia, platinae, vasa, ad culinam apta, fabricarentur hac materia. Iam in locum chartae crassioris, rerum fictilium vitrearumque substituebantur res leviores (folia), duriores (platinae ex plastica).

Etiam lexicon Italicum mutabat et nonnulla verba Anglica includebat, iam in cantibus cantorum communibus praevalentia.

O tempora, o mores, dicit Cicero in oratione sua in Catilinam habita, cum velit observare mutationem morum quoad tempora.

Memini die V Julio MCMLXII, o defensor Latinae linguae ingeniose, adiuva me, ortam esse ex ingenio et mente hominum sphaeram motoriam altam vi externa et aptam ad voces emittendas. Eo momento celebrabantur Anglici cantus, qui appellabantur "*Love me do*" et "*I love you*", et plerique, bene conformati ad mores canoros, hac musica sphaerica se oblectabant, quoniam quaedam manus Anglorum cantorum, quae appellabatur *Beatles*, invenit et modos musicos posthac celebratos et proprietates individuales (vestimentum, capillos, et cetera). In campis, pratis, apud ripas, ruri, omnes facti erant assidui et fere studiosi huius generis musicae colendi, et, si non eis erat aliud instrumentum musicum, mehercle! di indigetes! necesse est rursus verbum idoneum invenire ut eum repraesentem, fingebant manibus applicatis contra stomachum capsam oblongam quasi rhombi figuram habentem, praeditam specie perticae instructae filis, quae se extendebant per capsam vacuum praesentantem in centro: ex loco hoc vel puncto vacuo manus, fila tangens, extrahebat novissimos sonitus stridentes. Iuvenes plerumque imitabantur verum instrumentum inventum hoc aetatis momento; et in hac re se delectabant multum.



Interea Bona Dea mundum coloribus implebat vernalibus, initium temporis sereni annuntians, et Bacchus omnes ad bibendum impellebat, non vino, sed potius potione, quae confecta erat ex herba lupina.

Vespere, cum Pani sacrificium obtulissemus et cor purgavissemus, domum abibamus contenti.

**QUAEDAM MOMENTA SAECULI VICESIMI  
IN MEMORIAM REVOCAVIT  
IOHANNES TERESI**

## **ECHUS VOCES EPISTULAE**

d.1. m.Apr.a.2021 h.23:32 Leo Latinus scripsit Gaio Licoppe Belgae editori Melissae

### **NICOLAUS GAIO S.**

In appendice invenies vigilem publicum officiosum.

In Festum Paschale, care Gai, tibi et Franciscae exopto optima quaeque: sint tibi dies recreabiles et salubres, sint tibi occasiunculae philosophandi fructuosissimae!

MEDULLITUS TE SALUTAT  
NICOLAUS LEO LATINUS

### **Gaius Nicolao optimo s.p.d.**

Gratias tibi ago pro iocosis votis Paschalibus. Tibi invicem tam iucundum festum Paschale exoptamus, quam his periculosis temporibus fieri potest.

Cura ut valeas et bonum animum serva.

### **Gaius Nicolao optimo s.p.d.**

Gratias tibi ago pro novissimo Leone Latino; assentiri tamen non possum scripto Helvetici diurnarii Köppel, periti dicendi (de hac re non dubito), sed quoque veritatis dissimulandae.

Non licet antiquitatis epidemias cum hodierna comparare; tunc enim temporis maiores nostri, cum nihil scirent de epidemiarum agentibus infectiosis, se efficaciter protegere non valebant. Köppel quoque citat epidemias post agentes infectiosos detectos ortas. Grippa falso Hispanica dicta accidit tempore primi belli mundani, quo magis curandum erat de militibus, quam de ceteris hominibus iam debilitatis ciborum inopia.

Quid significat morbum SIDA 0,7 % mundi incolarum tantum necavisse? Non omnes occurrunt fonti contagii atque ei, qui hoc temere faciunt et contagium flocci faciunt, morbo necessarie afficiuntur; pauciores nunc moriuntur propter medicinae progressus.

Maximi momenti in epidemia est modus transmissionis. In epidemia poliomyelitis, quae annis quinquagesimis vicesimi saeculi saeviit, morbus transmittabatur aqua viro contaminata; sufficebat ergo aqua uti quae certo certius sana esset, non solum in bibendo, sed etiam ad holera et poma comedenda, cute diligenter adempta manibus non contaminatis; efficax vaccinum post decem demum annos in promptu fuit.

In epidemia viri Covid-19 contagium fit per aera; iam respirando et magis clamando vel sternutando emittimus minimas salivae guttulas, quae virus vehunt, si saliva pertinet ad hominem infectum; homo complures dies contagiosus est antequam appareant morbi symptomata. Magna ergo intellegentia necessaria non est ut agnoscamus mascae utilitatem; quo pauciores homines convenimus, eo tutiores sumus; hoc sensu communi patet.

Quid refert tantum 0,03 % hominum in orbe terrarum periisse, ut dicit peritus Köppel? In civitatibus altioris cultus civilis praesertim, singulorum vita facta est maxime pretiosa; nemo cupit morbo affici qui letalis esse potest. Si nihil fit ad continendam morbi diffusionem, nosocomia non solum iam non possunt omnes gravissime aegrotantes curare, sed insuper et loca et medici desunt ut alii homines aliis morbis affecti celeriter curentur.

Trump putavit, ut Köppel, epidemiam neglegendam esse, atque ipse pessimum exemplum dedit; non mirum si morbo affectus est, sed cum esset Americae praeses curam efficacem accepit; experimentalis tamen medicaminis copia adhibita tam parva erat, ut ei soli administrata sit.

Verba, quae Köppel divulgat, sunt fallacia et condemnanda.

Nihil dicam de Angela Merkel derisa; non sum Germanus et mihi satis est de politicis meae civitatis cogitare.

Cura ut valeas.

D.30.m.Mart. a.2021 h.17:23 scripsit Leo Latinus Naevio Sartorio iuriconsulto Augustano:

Nicolaus Naevio suo s.

Quid fit, quid agitur? In schola hodie custodivi discipulos classis sextae qui per duas fere horas nihil fere faciebant nisi per oecum cursitabant et aeroplana chartacea proiciebant. Pensum exercitiorum sermonis anglici a magistra missum iam die praeterito tractaverant. Attendendum mihi fuit, ne quid affligerent, ne quem violarent (distantia coronaria - eheu! - vix umquam servata est!). Profecto timeo, ne miseri discipuli effectum quarantenaе atque institutionis interretialis stultescant et obbrutescant.

Infra legas quaeso epistolam Gaii Licoppe Belgae grandaevi medici olim radiologi et veteranus Latinitatis Vivae et Academiae Latinitati Fovendae.

Ei vehementer displicent verba Rogerii Köppel Turicensis. Quid tibi videtur? Scribe quidquid tibi in mentem venerit. Si assenseris, libenter verba tua publicabo in proxima Epistula Leonina.

Cura ut quam optime valeas, mi care Naevi.

Medullitus te salutat

Nicolaus.

**Naevius Nicolao s.**

care amice, gratias tibi ago. Timeo ne me nimis aestimes vires meas; certe, studeo augere latinitatem meam denuo, sed legens verba tua elegantia verbaque Gaii Licoppe Belgae puto me modo incipere discere recte loqui Latine...

Discipuli tui mihi profecto miseri esse videntur; clare videmus cottidie eruditionem interretialem rem non optimam esse - et in universitate et in schola.

Praeterea comprehendo te valde irasci Meuthenio. Alternativi eo tempore videntur nescire concordiam et viam rectam; discinduntur rixa interna. Amplius timeo ne haec misera condicio Alternativorum sit occasio prasinorum perditorum...

Hic invenies documentum horribile:

<https://www.gruene.de/artikel/wahlprogramm-zur-bundestagswahl-2021>

Cura ut quam optime valeas,

Volfgangus

**Leo Naevio s.**

Am 29.03.2021 um 23:21 schrieb SPQR:

<https://www.youtube.com/watch?v=dPRdG6UIYNw>

"Ein historischer Wendepunkt in der Geschichte"

Prof.Dr.Martin Schwab - DIE BASIS

Novistine Martinum Schwab? Eum praefero Nicolao (Klaus) Schwab! Bene dixit! Quid sentis de eo? Vale semper, K.

D. 30.03.2021 h.09:10 schrieb Wolfgang Fleck:

Schwab mihi videtur vir honestus, orator bonus esse (non est praeclarus velut Curio). Sed quaero utrum ex usu fuerit denuo novam factionem condere necne. Sobrie spectemus historiam talium factionum in re publica nostra: Quid fatum illius erit?

V.

**Nicolaus Naevio s.**

Recte dicis. Tamen valde irascor Meuthenio, qui Alternativos diffindit. Iste mihi nunc potius quam praeses factionis videtur esse navis submarina hostilis torpedines iaculans in navigium alternativum. Haec raptim. Moc certe plura. N.

Naevius Nicolao s..

gratias magnas tibi ago pro nova epistula Leonina.

De titibilico tecum disputare volo, si tibi placet. Modo cito legi verba tua de Füllmich. Video te convertisse "class action/Sammelklage" in "accusatio collectiva". Mihi videtur verbum "accusationis" (Anklage) solum spectare ad ius poenale, sed non ad ius civile. Fortasse conversio "actio" aptior est? Scilicet, philologus non sum...

Medullitus te salutat

V.N.

Am 23.03.2021 um 00:29 schrieb SPQR:

Nicolaus Naevio s.

En habeas Epistulam Leoninam novissimam. Insunt thesis horrenda Gerhardi Boscii Belgae illius virologi atque vaccinologi. Utinam erret! Errare humanum est. At thesis eius ad obrussam est exigenda. In altera parte invenies Reinerum Füllmich; utinam tibi placeat versio mea. Medullitus te salutat Nicolaus.

## **NVNTIVS**

### **Theodericus Sacré sodalibus ALF optimis s.d.p.**

Etsi pestis coronaria spem fovere nos longam adhuc vetat, tamen seri medici insitionibus luem eam tandem aliquando vel exstingui vel praeverti posse speramus; ac rumor est constans (a quo non dissentiunt medici) autumnali tempore condiciones fore multo meliores. Hac de causa coetus nostros, quos eheu non semel procrastinavimus, mense Octobri in Urbe nos praesentes celebrare posse confidimus; praestituimus igitur dies 1 et 2 mensis Octobris anni huius 2021; per id biduum convenire nobis licebit in aedes Academiae Belgicae, ut modo nuntiavit eius Academiae reatrix. Proinde servate vos hisce diebus melioribus! Res autem tum agenda postea renuntiabuntur. Interea

curate ut quam optime valeatis! De proxima oratione ALF menstrua, quae habebitur die 27 huiusce mensis, mox monebimini. Iterum valete!

D. Lovanii die 16 m. Martii a° 2021.

**Theodericus Sacré ALF sodalibus optimis s.d.p.**

Iam tertia est Academiae nostrae oratio menstrua in propinquo; quam Saturni die proximo, hoc est die 27 m. Martii, hora (Bruxellensi) quinta postmeridiana habebit Iohannes Carolus Rossi sodalis una cum Claudio Piga, viro Latinissimo. Hi exponent libellum *De tractatione colossicarum columnarum*, a Friderico Borromaeo cardinale scriptum, quo libello multa continentur ad ponderum vectiones pertinentia, de quibus litteratores raro scribere solent. Ad eam orationem vos libentissime voco. Nexum autem sive vinculum zoomicum propediem vobis tradet Nicolaus De Mico sodalis. Interea curate ut quam optime valeatis!

D. Lovanio die 23 m. Martii a° 2021

**D.02.04.2021 h.20:02 scripsit Vilelmus Patavinus:**

Nicolao Gross doctori Gulielmus Monetti (nondum doctor ipse, at intra mensem futurus) S. P.

Emerere abs te pervelim, vir erudite, eum librum c. i. est *Fragrantia*; video ex ultimis tuis litteris 42 nummis venire. Equidem in Italia septemtrionali habito; inscriptio mea cursualis haec est: Guglielmo Monetti.... Padova (Italia)

Fac me certiolem quaeso quot sint mihi nummuli pro libro huc mittendo solvendi, et quomodo. Interea gratias tibi habeo prae tuis litteris plurimas. Pergito scribere quae scribis, et pancratice valeto.

LEO LATINUS VILELMO MONETTI CANDIDATO  
PROMOTIONIS DOCTORALIS SAL.PL.DIC.

Care Vilelme, gratias plurimas tibi agimus pro mandatela tua. FRAGRANTIAM tibi mitemus, si pecuniam nobis transtuleris.

Doleo, quod pretium missionis cursualis nuperrime vehementer exauctum est. Cras in officio cursuali rogabo, quanti constet nunc missio libri in Italiam facienda. Certe optimum tibi erit pecuniam per systema Paypalianum transferre. Estne tibi computus PayPalianus? Oportet Festum Paschale hilariter celebretur. Itaque tempore Paschali ioci etiam permittuntur (quibusdam in regionibus Germaniae secundum morem traditum fit RISUS PASCHALIS. In appendice invenies iocum: vigilem publicum nimis officiosum. In Festum Paschale tibi exopto optima quaeque. In doctorum numerum utinam referaris summa cum laude!

Medullitus te salutat  
LEO LATINUS

Care Nicolae, gratias tibi ago tum pro humanitate tua diligentiaque, queis negotium hoc peragendum suscepisti, tum pro utraque epistola, qua naviter omnia mihi significasti. Facetiam abs te transmissam valde gavisus sum legere, eheu quantum veram. Librum sodes huc mittas sine consignatione. Quinquaginta tres eurons tibi continuo solvam ubi mihi tuam inscriptionem Paypalianam significaveris. Sane possum hac ratione tibi pecuniam transmittere. Interea in dies Paschatis festos optima quaeque tibi ominor!

Basilice valeas,

Gulielmus



# **ECCE VIGIL PUBLICUS NIMIS OFFICIOSUS**



**»NOSTRĀ NON INTEREST, CUIUS FILIUS TU SIS,  
SED TIBI NON LICET HAC HORĀ EXTRA DOMUM VAGARI  
IDQUE SINE MASCĀ ORINASALI FFP2!«**

**Vides hunc astyphylacem sive vigilem publicum  
sat severê, sed parum circumspectê  
fungi officio suo.**

## **CORRIGENDA ET SUPPLENDA**

EL 233, p.21, verbum ultimum: reversibilis (non: irreversibilis).

## ECCE LIBRI LEONIS LATINI

*Permittas, quaeso, ut nuntium adiungam minus gratum: pretia discorum, qui a Leone Latino praebentur vendendi, ex decennio (sic!) non exaucta - proh dolor – nunc valdê augenda sunt (denis euronibus). Interim enim cum pretia materiarum quoque multo exaucta sint, tum praecipuê disci libellique discis subiungendi non conficiuntur neque involvuntur nisi magno cum labore.*

*Restat, ut afferam titulos pretiaque librorum typis impressorum, qui hôt tempore apud Leonem Latinum prostant venales:*

- 1) CRABATUS (Otfried Preußler, Krabat)..... 49,00 €
- 2) FRAGRANTIA (Patrick Süskind, Das Parfum)..... 42,00 €
- 3) RECITATOR (Bernhard Schlink, Der Vorleser)..... 45,00 €
- 4) HOTZENPLOTZIUS (Otfried Preußler, Der Räuber Hotzenplotz)..... 25,00 €
- 5) ARANEA NIGRA (Jeremias Gotthelf, Die schwarze Spinne)..... 22,00 €

*PARVUS NICOLAUS (René Goscinny, Le Petit Nicolas) non êditur in domunculâ Leonis Latini, sed in Aedibus Turicensibus, quae appellantur «Diogenes».*

*GLOSSARIUM FRAGRANTIAE et PERICULA BARONIS MYNCHUSANI – proh dolor! – sunt divendita. Utinam nobis contingat, ut aliquando edantur iteratis curis.*

*Habeas nos excusatos, quod situm interretialem (i.e. anglicê »website« nondum restauravimus novaque pretia ibidem nondum indicavimus.*

*Ceterum, cara Lectrix, care Lector, bene scias oportet Leonem Latinum non esse megalopolium, quo – ut ita dicam - rapidissimê eiectantur multae myriades librorum vilissimae, sed domunculam potius virtuaalem quam realem, in qua creantur κειμήλια, id est res parvae et rarae et carae. Res parvae enim sunt disci compacti aut libelli typis editi palmares; rarae sunt editiones, quae centuriam tantum complectantur exemplorum; carae sunt hae res omnes, quia cordi sunt Leoni Latino recordanti horas illas innumeras, quibus operam dedit illis creandis.*

*Cara Lectrix, care Lector, utinam omne opusculum a Leone Latino confectum sit Tibi KTHMA EIS AEI.*

## INDEX DISCORUM LEONIS LATINI

NR	Num. mand a- telae	ISBN	TITULUS	AUCTOR	TRANS- LATOR	ANNUS	FORMA	AMPLI- TUDO	PRE-TIUM
1	00104	978-3-938905-00-5	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
2	00104 A	978-3-938905-15-9	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA – Libri audibiles	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2005	Audio	21 min.	€ 22,90
3	00204	978-3-938905-01-2	TRES FABULAE EDGARII ALLANI POE: CATTUS NIGER - RANUNCULUS - PUTEUS ET PENDULUM	Edgar Allan Poe	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	33 pp.	€ 27,50
4	00304	978-3-938905-02-9	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	6 pp.	€ 17,90
5	00304 A	978-3-938905-16-6	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE – Libri audibiles	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	Audio	6 min.	€ 20,90
6	00404	978-3-938905-03-6	MEMENTO MORI	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
7	00404 A	978-3-938905-17-3	MEMENTO MORI – Libri audibiles	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2005	Audio	20 min.	€ 21,90
8	00504	978-3-938905-04-3	DE CRAMBAMBULO	Marie von Ebner-Eschenbach	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	14 pp.	€ 19,50
9	00604	978-3-938905-05-0	DE DINOSAURIS	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM pdf	16 pp.	€ 19,00
10	00704	978-3-938905-06-7	SUDATORIUM VENERIS	Diogenes Anaedoeus	-----	2004	CD-ROM pdf	11 pp.	€ 19,50
11	00804	978-3-938905-07-4	PERICULUM FRANCISCI	Diogenes Anaedoeus	-----	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
12	00904	978-3-938905-08-1	NUPTIAE ABDERITANAE	Bertolt Brecht	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	21 pp.	€ 22,00
13	01004	978-3-938905-09-8	TESTAMENTUM REYNERI BERLBYN	Henricus van den Lande de	-----	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,50

				Raelt					
14	01104	978-3-938905-10-4	DE SANCTO NICOLAO DEQUE VIRO NATALICIO	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM	21 pp.	€ 22,00
15	01204	978-3-938905-11-1	FABELLAE GRIMMIANAE 1	Jacob Grimm/ Wilhelm Grimm	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
16	00105	978-3-938905-12-8	ROMULUS MAGNUS	Friedrich Dürrenmatt	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	49 pp.	€ 31,90
17	00205	978-3-938905-13-5	DE THILO CUSTODE FERRIVIAE	Gerhart Hauptmann	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
18	00305	978-3-938905-14-2	HISTORIA AGATHONIS (LIB.1)	Christoph Martin Wieland	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	15 pp.	€ 19,50
19	00405	978-3-938905-19-7	WERTHER IUVENIS QUAE PASSUS SIT	Johann Wolfgang von Goethe	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	82 pp.	€ 38,90
20	00505 A	978-3-938905-22-7	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 1 – <b>Libri audibiles</b>	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	40 min.	€ 21,90
21	00605 A	978-3-938905-18-0	SOMNIUM SCIPIONIS A CICERONE SCRIPTUM – <b>Libri audibiles</b>	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	30 min.	€ 20,90
22	00705 A	978-3-938905-23-4	CAESARIS BELLUM GALLICUM 1 – <b>Libri audibiles</b>	C.I. Caesar	-----	2005	Audio	55 min.	€ 22,90
23	00106	978-3-938905-21-0	AUTOBIOGRAPHIAE LATINAE	Nikolaus Gross	-----	2006	CD-ROM pdf	87 pp.	€ 48,00
24	00206	978-3-938905-20-3	DISQUISITIO CHEMICA ACIDULARUM BERGENSIUM ET GOEPPINGENSIIUM	Karl Friedrich Kielmeyer	Nikolaus Gross	2006	CD-ROM pdf	66 pp.	€ 38,00
25	00306 A	978-3-938905-24-1	CAESARIS BELLUM GALLICUM 2 – <b>Libri audibiles</b>	C.I. Caesar	-----	2006	Audio	61 min.	€ 22,90
26	00406 A	978-3-938905-25-8	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 2 – <b>Libri audibiles</b>	M.T. Cicero	-----	2006	Audio	41 min.	€ 21,90
27	00506 A	978-3-938905-26-5	EPISTULAE A SENECA AD LUCILIUM SCRIPTAE 1 – <b>Libri audibiles</b>	L.A. Seneca	-----	2006	Audio (2 CDs)	88 min.	€ 27,90

28	00107 A	978-3- 938905-27- 2	ASINUS AUREUS AB APULEIO SCRIPTUS	Apuleius	----- --	2007	Audio	55 min.	€ 23,90
29	00207 A	978-3- 938905-28- 9	OBSIDIO SAGUNTI A T.LIVIO DESCRIPTA	Livius	-----	2007	Audio	53 min.	€ 23,90
30	00307	978-3- 938905-29- 6	FABELLAE GRIMMIANAE II	Jacob Grimm/ Wihelm Grimm	Nikolaus Gross	2007	CD- ROM pdf	58 pp.	€ 32,90



**CARA LECTRIX, CARE LECTOR, BENE VALE,  
USQUE AD SEPTIMANAM PROXIMAM !**



**HANC EPISTULAM LEONINAM  
DUCENTESIMAM TRICESIMAM QUARTAM  
SENDEN IN OPPIDULO BAVARIAE SUEBICAE PERFECIT**



**Die Dominicâ  
PASCHALI**

**04. m.Apr. a.2021**

**Dr. Nicolaus Groß**  
Sodalis Academiae Latinitati Fovendae